

20 neque cum huius modi umquam [tibi] usu' venit ut con- 505  
fictares malo.

*AN.* mihi domist? immo, id quod aiunt, auribus teneo  
lupum;

nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio.

*DO.* ipsum istuc mihi in hoc est. *AN.* heia ne parum  
leno sies.

numquid hic confecit? *PH.* hicine? quod homo inhu-  
manissimus,

25 Pamphilam meam vendidit. *AN.* quid? vendidit? *GE.* 510  
ain? vendidit?

*PH.* vendidit. *DO.* quam indignum facinus, ancillam aere  
emptam suo!

*PH.* nequeo exorare ut me maneat et cum illo ut mutet fidem  
triduum hoc, dum id quod est promissum ab amicis  
argentum aufero.

si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies.

30 *DO.* optunde. *AN.* haud longumst id quod orat: 515  
Dorio, exoret sine.

idem hoc tibi, quod boni promeritu' fueris, condupli-  
caverit.

*DO.* verba istaec sunt. *AN.* Pamphilamne hac urbe  
privari sines?

tum praeterea horum amorem distrahi poterin pati?

*DO.* neque ego neque tu. *PH.* di tibi omnes id quod es  
dignus dunt!